

DISSERTATIO ACADEMICA  
FORMARUM ETYMOLOGICARUM  
IN LINGUIS FENNICA ET ESTONICA  
PARALLELISMUM  
ILLUSTRATURA,

CUIUS  
PARTICULAM TERTIAM  
CONSENT. AMPL. FAC. PHILOS. AB.  
PRÆSIDE

*GABRIELE PALANDER,*  
*Philos. Theor. Prof. P. O.*

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

*LAURENTIUS REGINALD. FORSSELL,*  
*Stip. Publicus, Tavastensis,*

In Audit. Jurid. die XXVI Junii MDCCCXIX,

h. a. m. s.

---

ABOÆ, Typis Frenckellianis.

DISSERTATIO ACADEMICA

DE VARIIS ETYMOLOGIIS

IN HINGUIS ETYMOLOGIA: RATIONE

PARALLITICUM

ILLUSTRATA

PARTICULARI TESTIAM

Consent. Amm. Fac. Philos. Ar.

PRÆSIDE

GABRIELE PALMNER

PRO GRADU PHILOSOPHICI

LAURENTIUS REGINALDUS FORSTNER

In Aedib. J. J. XXVI Junii MDCCCXIX

ALOE, Typo. Frankelhaus.

perfectas, modulationes. quibusque aptissime exprimantur legentium conspectui offerendis characteribus; quas denique in utroque hocce, cum loquendi Fennice tum scribendi negotio, vel valuisse vel hodieque valere differentias, partim dialectorum diversitate, partim commercii exterorum, vel ceteris, quæcunque fuerint, temporum vicibus debitas, popularium patriæ consecrata linguæ studio sedulitas detexerit, accurate cognoscere cupiat; maxime sua interesse sciat consulere PORTHAN *Disf. de Pöësi Fennica* nec non de *Dialectis linguæ Fennicæ*, præcipue vero RENVALL *Disf. de Orthoëpia & Orthographia Linguæ Fennicæ* nec non *Försök till Finsk Prosodi*, neque minus JUDÉN *Anmärkningur uti Finska Skaldekonsten & Kritik öfver Länbokstäfverne uti Finska Språket*, quarum bigam tractatiuncularum, seorsim A. 1816 typis editarum, biennio præterlapsò, denuo publici faciendam juris curavit Auctor, eandem suo: *Försök till utredande af Finska Språkets Grammatik* adjiciens, inde a pag. 118 usque ad finem.

## §. 4.

Antequam in specialiora descendere nobis conveniat disquisitionis nostræ, cognationem linguarum Fennicæ & Estonicæ etymologicis rationibus confirmaturæ, capita, nonnulla paucis attigisse juvabit generatim præcipienda, non unius modo vocum speciei (e. gr. Nominis vel Verbi) sed universæ omnino linguæ, vel utriusque vel tantum alterutrius, structuram etymologicam illustratura, & ad ea, quæ speciali quaque concludantur tractatione, expeditionem nobis viam præmunientia.

Principalem vero in hoc loco sibi vindicat adtentionem notissima illa sonorum vocalium in lingua Fennica ab ipso, sibimet per omnes Etymologiæ regiones consentiente,

tiente, ejusdem genio profecta divisio in *primarios* (A RENVALL h) nominatos, quos VHAEL appellat majores, PORTHAN duriores): *a*, *o*, & *u*; *secundarios* (minores, molliores): *ä*, *ö* & *ü* *i*; nec non *medios* *e* & *i*: circa quas litterarum species hæc probe observanda est regula: esse primariam cum primaria quavis, secundariam cum secundaria, mediam cum utriusque speciei vocali quacunque consociabilem, primariam vero quamque cum qualibet ex secundariis infociabilem. Unde duplex originem duxit etymologicarum inter se ea lege cohærentium, ut occurrentis in una, quam *primariam* appellem, *τ* a vicem in altera *secundaria* expleat *ä*, *τ* o vero *ö*, denique *τ* u pariter *ü*, formarum schematismus, quarum illæ vocibus competunt primariam saltim unam in radice vocalem continentibus, hæ vero iis certe ex reliquis, quarum primam vel saltem alteram syllabam vocalis ingrediatur secundaria, vel utramque media k). Quo pacto analogæ sunt vocales: *a* & *ä*, *o* & *ö*, *u* & *ü*, pariterque formæ vel nominales vel verbales: *ta*, *tä*; *ua*, *üä*; *ta*, *tä*; *sa*, *sä*; *toin*, *töin*; *os*, *ös*; *us*

---

h) *Disf. de Orthoëpia & Orthographia linguæ Fennicæ, pag. 15.*

- i) Figuram *ü*, quam in locum communiter a nostratibus receptæ & longiori usu adprobatæ y sufficiendam haud temere censet RENVALL, suæ de hac re sententiæ fufius reddens rationes in *Disf. nuperrime cit. pag. 35, 36 & 37*, vel ideo in hac scriptiuncula aptissime usurpari existimavimus, quod in ea utique versatur materia deferibenda, quæ Estonum, figuræ *ü* advetorum, non minus quam Fennonum, tangat rem etymologicam, ex conspirantibus utriusque rationibus orthographicis lucis quidquam saltim non deperdituram.
- k) Quod si vox *mediam* in syllaba tantum initiali continens, vocalem, adaugenda sit terminatione syllabæ ejusdem secundæ aut primariæ aut

us, üs; koon, kōön; kaat, kää́t; & quæ sunt reliquæ. Sic e. gr. formatur maata, maalla, maalta & a maa; pää́ta, pää́lla, pää́s ä, pää́stä, pää́stin &c. nec non formæ verbales pää́ta, (Imp. 2 pers. sing.), pää́ttää́t, pää́ttää́kōön, & dehinc pää́tos, a pää́; rahatoin a raha; isä́stin ab isä́; mieletdin a mieli; formus a formi; sää́rus a sää́ri; muutos a verbo imp. muuta; juokoon, juokaat, juomata a juog süö́kōön, süö́kää́t, süö́mää́tä a süö́; neque secus particulæ inseparabiles duplici gaudent forma, ut pa & pä, ka & kä, ko & kō, ad ejusdem regulæ tenorem finibus vocum adpendenda. Sic juopa a juo, süö́pä & meneepä́ a süö́ & mene; kufa a fu pronominali, mikä́ a mi; rautako a rauta, seppä́kō a seppä́.

Hujusce prorsus singularis consociandarum vocalium delectus non omnes omnino in antiquo idiomate Estonico neglectas fuisse rationes, nonnulla restant, quæ testare videantur, indicia, eademque fere omnia in Dorpatensi dialecto occurrentia. Huc nimirum spectat non infrequens ille, cui indulget hæcce, vocalis secundariæ ä́ usus in formandis vocabulis, quorum syllaba initialis vel secundariam habet vocalem vel mediam, adhibendo ex. gr. voces: kṓh, hä́ (pro Rev. kṓhha l. kähha), kṓbbär (pro kṓbbar) pǘhha (pro pühha), pǘhhas (pro pühhas), pǘhhändä́minne, hä́m, mä́rá (Gen. a hä́mmär), emmä́ (pro emma), silmä́ (pro silma), aliasque haud absimiles. Quibus exemplis quamvis

C 3

evinci

---

aut secundariam illatura, utram eligas, in ambiguo est positum, nec nisi ex usu addiscendum. Sic habebitur wettä́, hiirtä́, hiirtä́, tietä́ a wesi, hiivi, hirsi, tie; at werta, merta (solum in ore incolarum Tavasticæ) a weri, meri; nec non weto, tieto, piirto, liitto a verbis: wettä́, tietää́, piirtää́, liittä́; atque petos, kiitos a verbis pettä́, kiittä́.

evinci nequeat, valere in lingua Estonum ne quidem Dorpatensium, hodierna eam peculiarem quam Fennica observat, in conformatione vocum conspicuam, conjugendarum discernendarumque vocalium legem; probabiliter tamen concludi potest, cum vehementer placuisse ipsi antiquissimæ genio linguæ, quæ & Fennicæ & Estonicæ communis fuit matrix, hanc, de qua paucis actum a nobis esto, homogeneas consociandi vocales, heterogeneas vero segregandi solertiam, tum quoque nostram, cui hæc ipsa in privam quasi cessisse videatur hereditatis tenaciter sancteque conservatæ sortem, Fennicam linguam omnium inter cognatas minime ab aviti imperio numinis descivisse.

## § 5.

Vocabulorum conformatio Fennicorum, cum a terminatione radicibus ipsorum vel thematibus adjicienda, tum ab ipsarum litterarum radicalium permutatione, pendet. Illa vero adeo est in hac lingua constans, ut, nisi hujus respiciendæ essent rationes, unicum habituræ essent, suam utraque vocum (Nominum scilicet & Verborum) species, eandemque simplicissimam flectendi formam. At hæ ipsæ, quibus obnoxia sunt vocum themata, litterarum, imprimis consonantium, variationes, tot sunt & tantæ, ut imperitioribus multum facescant difficultatis in constituendis vocabulorum formis etymologicis. Quas nisi ad certas revocare leges sciat Grammaticus, vix unquam omnino expeditas habebit suæ artis rationes. Præcipuas igitur variandarum consonantium radicalium regulas heic adposuisse juvabit.

I. Consonantes *f*, *p*, *t*. geminatæ interdum vertuntur

tur in simplices, ut ukko, ukon; werkko, werkon; fimppu, fimpun; sappi, sopen; pappi, papin; aitta, aitan. l)

II. Consonans *f* simplex post *h*, *l*, *r*, vel post vocalem eliditur, e. gr. hohko, hohoon; alku, aluun; jalka, jalaat, jaluoin l. jalwoin, jalki, jalien (l. jalsen); härkä, härään (Ab härän l. härjän); järki, järjen (l. järjen); m) mäki, mäen; joki, joen.

III. Consonans *p* simplex haud raro vertitur in *w*. ut lepo, lewon; kilpi, kilwen; korpi, korwen; Quod si eandem proxime praecesserit ejusdem organi littera *m*, hac geminata rejicitur *p*, ut lampi, lammen; kumpi, kumman; wälewämpi, wälewämmän.

IV. Consonantem *t*, (vel cum eo alternantem *θ*) post *t*, *n* vel *r*, geminata littera proxime praecedente communi-

l) Hasce permutandi vires nulla subeunt vocabula, tt continentia, ex eo genere, in quo per Dialectorum diversitatem *tt*, *θ* vel *tθ*, *θf*, inter se alternantur, qualia sunt: witta, otta, ettiä, pro quibus alii habent: wiθa l. wiθa, oθa l. oθa, eθjä l. eθjä, paucissimi denique: wiθa, oθa, eθjä.

m) Primo quidem intuitu exempla haecce cum ipsius regulæ allatæ videntur infringere rationes, tum ei fidem facere, cui nos minime favemus, a nonnullis prolatae sententiæ, interdum commutari vel, cum *i*, vel cum *w*, litteram *f* simplicem. Veram speciosæ hujus anomalie causam ipsa genesis etymologica vocum hanc litteram continentium, accuratius observata, docebit. Vocabula nominalia desinentia in *fi*, *fa*, *fä*, *fo*, *fö*, *fu*, *fü*, minime pro primitivis & radicalibus, quippe quæ brevissima gaudent forma, haberi possunt, quin potius esse videntur formæ contractæ vocum ex thematibus simplicioribus additamento syllabæ finalis, diminuendi vim in Eltonismo hodieum plerumque

muniter nostrates. quin imo litteræ h vel vocali succedaneam Savones rejiciunt, a ceteris pæne omnibus in scribendo cum figura d, in qua peculiari tremulo quodam sono efferenda mire laborant Fennorum plurimi, commutari solitam n). Hujus generis exempla sunt; pelto, pesson; hinta, hinnan; parta, parran; künfi, künnen; hirsi, hirren; tähti, tähän Sav. (tähden); kassi (pro kasti), kashen l. kashden; mato, maom l. madon, koto, koan l. koban; lauta, lauan, lauwan l. laudan; kási, káen l. káden; wesi, ween l. weden; kóssi, kóuen l. kóiden.

V. Sicubi, elisa secundum regulam II vel IV consonante k vel t, concurrat, aut i, aut u vel ü, cum vocali quavis

conservantis, efformatarum. Unde, cum fere omnia Fennorum vocabula desinant in vocalem, concludere licet, esse hohoko vocem contractam a hohoko, alku ab aluku (comp. ab alu, unde alus l. alunen & terminatione ku), jalka vel a jalaka (comp. a jala unde Ab. jalan & jalat & ka) vel a jaluka (a jalu & ka); jálki a jálki (comp. a jáli unde sunt in ulu casus: jálessá, jálillá, jálessá, jálissá, nec non fi), járki a járki, hárká vel a háráká (a hárá & ká) vel a háriká, (a hári & ká). Quæ si ita esse comparata concedantur, pronum est ad videndum, quam primum, elisa littera k, suas receperint sonandi potestates vocales, quas inter h & k, l & k, r & k, positas quiescere jusserat contrahendi lubido, exurgere a hohoko: hoho-on contr. hohoon, ab aluku: alu-un contr. aluun, a jalaka: jalaan, jalaat, a jaluka: jalu-uin, secundum reg. v jaluvoim contr. jalvoim, a járki & jálki: já-rizen & jálisen, secundum regulam v járijen & jálisen, contr. já-rjen & jáljen; a háráká: háráát, contr. háráát; a háriká: hári-át, háriját contr. háriját.

Nec ab similibus continentur permutandarum litterarum legibus formæ verbales, mutua affinitate semet invicem contingentes, quales sunt: puhkee & puhjeta, sulkee & suljen, sárkee & sárjen.

n) Vide RENVALL *Disf.* proxime cit. pagg. 10, 11.



vis alia syllabam proxime subsequenter inchoante; hiatus leniendi gratia, interponitur in illo casu levius sonans *j*, eandem habens in sonando potestatem ac ea, cujus ope transitum sibi parat, Svecorum lingua ab *i* ad *o* in effereundo Svecano vocabulo *tio*, vel Danorum ab *i* ad *e* in Danicis: *tie*, *svie*, in hoc autem altero nec minus mollis *w*, Danorum simillima illi *v*, in quam quasi definit *u* in vocibus *Bue*, *kue*, fere ut *Buve*, *kuve* sonantibus *o*). Sic habebitur: ab *ifá*. *i. án* *ijén*; a *kauka*: *kau-an* l. *kauwan*, *kau-as* l. *kauwas*, a *lauka*; *lau wan*; a *póutá*: *póúwan*.

Quod si hujusmodi exstiterit hiatus inter diphtongum, cujus prius est elementum aut *i* aut *u* vel *í*, & proximam syllabam ex vocali incipientem; rejecto elemento posteriori nec non geminato priori haec eadem commode applicari potest regula. Sic pro *tiedán*, dicunt Savonico utentes dialecto *tii-án* l. *tiiján* & pro *juodaan*, *siúddaán* pariter quoque *juu-aan* l. *juuwaan*, *siú-áán* l. *siúwáán*.

VI Si per generales leges etymologicas in una syllaba componenda esset vel vocalis geminata vel diphtongus cum vocali quacunque alia; simplex geminatae occupat locum, diphtongi vero posterius ex elementis componentibus. Sic e. gr. formantur vocabula *maita* (pro *maaita*), *páitá* (pro *pááitá*), a *maa*, *páá*, nec non *feitá* (pro

- 
- o) Mollius sonantes hasce *i* & *w*, quæ elisa vocali præcedente in Fenonismo certe indurescunt (ex. gr. in *jáltjen*, *weljen*, *járjen* pro *jáltjen*, *weljen*, *járijen*, atque in *awoi*, *awata*, *awain*, pro *auwoi*, *auwata*, *auwain*, a vocab. *auñi* derivatis), R. K. Rask haud inepte appellat *selvlydagtige eller af selvlyd oprundne svage medlyd. Underfølgelse om det gamle Nordiske eller Islandske sprogs oprindelse. Kjøbenh. 1818. 8:o pag. 49.*

(pro fietā), suota (pro suota), bitā (pro ūbitā), a tie, suo, ūb; wein (pro wiein), join (pro juoin), sbin (pro sūbin), a wien, juon, sūbn.

VII. Alternantur inter se consonantes *f* & *t* nec non sæpe ponitur *n* pro *m* quin imo pro *mm* & *mp*. Sic habentur a wesi, wiisi, fansi, wirsi calus: wettā, weteen, weteenā; wiittā, wiiteen, wiitendā; kantta, kantien, kantena; wirttā, wirteen, wirtendā; a verbis soutaa & lentāā: souti l. sousti, lenti l. lentsi. Neque secus lunta, lientā a lumi, liemi; sārwin pro sārpin l. sārpiini Gen. sārpinen; rohdiin (l. robin *Sav.*) pro rohdim l. rohtimi Gen. rohtimen; hapān pro hapam l. happami l. happama, Gen. happamen l. happaman; alin pro alimpi l. alimma Gen. alimman; wasen pro wasempi (forma comparativa admodum mire contracta a waiwasempi) Gen. wasemman. p).

Quæ ex adplicatione regularum præcedentium, præfertim I, II, III, IV, exsurgunt vocum formæ, *molliores* commode adpellantur, habito *duriorum*, ex quibus hac ratione derivantur, respectu. In plurimarum vocum cum nominalium, tum verbalium, formis hæc occurrit diversitas, specialionibus infra præceptis describenda, quorum ope discernere possis, quænam cujusvis vocabuli flexiones duriores, quæ molliores ament formas. Haec vero formarum discrimina ad Estonicæ quoque linguæ essentiam pertinere nonnullis innuere e re esse duximus exemplis:

- p) Mirum in modum male ab usu habitæ vocis forma Estonismum redolet, in quo a rad. waew (Fenn. waiwa) habet Lexicon Hupelianum waene (contr. pro waewne F. waiwanen, unde compar. waesem', fenn. waiwasempi), quamvis iisdem hodie ac nostrates haud utantur Estones discernendæ a dextra lævæ manus denominatione, sequentes videlicet hunc in finem usurpantes loquendi formulas: hääät (Fennice: hüväällä) l. paremmal kâet; kurjal l. pahemmal kâet.